Quelle: http://manuscripta.at/?ID=287
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Porcellio secundum serapionem dicitur harna
B· est vermiculus vasorum aque aster-
narum alias porcellio dicitur et est vim-
culus parvus qui quando tangitur involvitur in seipsum
et est viridis coloris vidi multos ex medicis rurum
qui utuntur eo omni anno in tempore in doloribus aurium
aquacumque causa contingat et propter hoc videtur
michi quod aliquando curet eos aliquando nocent ·D· por-
celliones sunt vermiculi pusilli qui repunt sub vasis
aquarum et in cisternis et in sterquiliniis qui quando
tanguntur flectuntur et fiunt rotundi Et sumitur
de ipsis in potu cum vino confert strangurie et
yetericie Et quando teruntur cum melle et liniuntur cum
eis confert squinancie et relaxationi uvule Et
quando teritur cum oleo ro et coquitur in cortice grana-
ti et distillatur ex hoc medicamine in aure confert
dolori eius hec serapio Sequitur de vermibus
quorum nomina inchoantur ab R

Rana dicitur aran quod est ira ul
lotus ire Et est ran indeclinabi-
le unde rana quasi iracunda Cu-
em Iupiter avalibus omnibus
dedit regem Ranis quoddam
lignum brevissimum ita protege dedit eis ibim
i ciconiam que ranis vescitur Et ideo priore re-
ge amisso rane conqueruntur et irascuntur ita dicit
hugwicio Vel rane dicitur quasi rancte vel rane
quasi garrane a garrulitate quia circa genitales stre-
punt paludes et sonos vocis importunis clamori-
bus reddunt Ranarum quedam aquatice queda
calamites quedam palustres quedam rubete Is-
ingre in hystoria super exodi dicit esse tria genera
ranarum unum fluviale et natale alterum minimum
quod calamitum dicitur Tercium venenosum et magnum
quod rubeta dicitur Rane aquatice sive fluviales
sunt que in aquis morantur sicut et palustres
que in paludibus manet Calamites vocitur quia
inter harundines et frutices vivunt minime omnium
viridissime mute et sine voce Alie sunt agre-
stes rane parvule sunt in situ et in agro morantes
unde et nuncupatur Item si calamites proiciuntur
in os canis obmutescit Rubeta dicitur ob id quod
in vepribus vivit grandior cunctarum Rana timet
omne animal quod spirat Suspicatur ab omnibus odio
se haberi ut dicit liber rerum In mense augusto
nunquam os suum potest aperire per quolibet instio cibi
vel potus vel vocis quod si etiam baculo vel manu
aperire temptaveris difficulter potes aperire Coitio

ranarum magis nocte quam die et in hoc notatur
verecundia coitus et hoc est contra illos qui in-
verecundius et inpudenter coeunt nocte et die Lingwa
rane aquatice si supponatur capiti dormientis eum
loquacem in sompnis facit et revelare secreta ut
ambigua loquatur antiqua rusticitas Rana viva
cani in escam data et exhibita latratum ei adimit
Rana est parvula est corriens cognominata hec ar-
bores ascendit et ibi inter folia quiescit hec plu-
vias naturali presagio imminentibus sentiens clamat for-
titer nuncia scilicet future mutationis reliquo vero tempore
vix aut nunquam cantat hec in ora canis proiecta vo-
cem canibus demere vulgus opinatur hec autem
rana viridis est et parva Item rana ut dicit plinius
in harundine et herbis maxime vivens muta ac
sine voce in undis hec si hauriatur forte a bubus
ventres boum enormi corpulencia distendit ·P·
h· In balneo pone pulverem rane viridis com-
buste omnes pili qui balneantur cadunt

Rana vermis est quadrupes in figura
buffonis sed non habet venenum longa
posterius anterius brevia habens
crura cum digitis longis Et membra non habet
inter digitos ad natandum lingwam habet pal-
lato adherentem et ideo vox eius coax desinitur
ad os sonans et quia non in directum lingwa in-
pediente procedit spiritus vocalis ideo vesicas duas
inflatas protendit secundum alatare oris et cum vocat
inferius labium in aqua tenet superficie et superius
extra aquam tenet Et non vocat nisi mas qui
clamat feriaz Induguscto autem dicitur adeo compressa
habere labia quod etiam in stro appiri non potest extra
aquam· cum leditur exilem dat vocem sicut mus
qui est in timore Coit autem in vere et ovat
multa ova in anterius anni vere excoitu illo et
in medio ovorum illorum rana latet abscondita
et cum ova egrediuntur sunt magni caput et ven-
trem habent vix caput et posterius habent caudam cum
primis adnatandum et postea post mayum decidit
cauda et formantur ei quatuor pedes hyeme
latet extra aquas in rivis calidis Et aliquando in aquis
subterra que hyeme sunt calide In vere procedit
ad aquas Aliquando et quando in autumpno frigore corri-
pi incepit intrat in domo hominum et aliquando repit
in sompni super inguem hominis vel super ventre dicunt
quidam quod si lingwa rane aquatice natantis suppo-
natur capiti dormientis in sompno loquatur et
revelabit secreta Rana est quedam que rubea